

Hoc quidem fine, ut ex intima illa utriusque con-
junctione accedente postmodum coagulatio-
ne debita, corpus auri formam acquirat medica-
mentosam, in quovis liquore solubile, & potabile.

Modus solutionis hic est, cape liquorem no-
strum magistralem limpidissimum, eumque fun-
de super calcem. Videbis exactiōnē menstrui in
calcem nitri minimē levem ebullitionem, atque
exæstuationem, pone in Balneo, & digere per tri-
dūm, solutio flavescat, quam per declinationem
effunde, affunde iterum de solvente, & solve, do-
nec superfusus calci liquor, desinat ebullire, solu-
tiones omnes collige & serva.

Hæc videlicet est solutio magistralis, ad ejus
exactiorem cognitionem, tria pulcherrima pro-
blemata discutiemus.

Primum est an illa solutio possit fieri sine cor-
rosivo?

Secundum utrum in illa solutione forma au-
ti metallica realiter destruatur vel possit ita de-
strui? Quod si verò nec destruatur vel possit ita
destrui per artem, Quæremus ultimò an propter-
ea negandum sit, in ejusmodi solutione aurum
exaltari.

Ad primum problema respondeo ita, solutio
calcis aurea, non potest fieri sine menstruo.

Illud verò menstruum, aut erit merè aqueum,
& insipidum, cuiusmodi est aqua vulgaris, & a-
qua distillatæ vegetabilium. Aut erit sulphureū,
cuiusmodi est spiritus vini, terebintinæ, olea aro-
matū stillatitia &c. aut erit salinum, cuiusmodi
est, e.g. Spirit⁹ vitrioli, sulphuris, salis, Aceti distil-
lati, mellis, succi limpidi citrinorū, Limonū &c.

Quar-